Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis quod prudens vir Nicolaus filius Helbrandi iudex de suburbio castri Scepus ad nostram personaliter veniendo
presentiam nobis in sua ac totius communitatis civium et hospitum suorum de eadem personis exhibuit quasdam litteras nostras privilegiales tenoris infrascripti petens nos humiliter presentium tenore instanter ut easdem denuo sub sigillo nostro testio
rescribi facere dignaremur ad cautelam quarum tenor sequitur in hec verba. Nos capitulum ecclesie beati Martini de Scepus significamus quibus expedit tenore presentium universis quod ad nostram accedentes presentiam Saxones de eadem provincia
Scepus exhibuerunt nobis privilegium Stephani quondam illustris regis Hungarie super suis libertatibus confectum exponentes privilegium ipsum propter varias discrimina [?] variis fortune casibus opprimi formidantes nobis cum instantia supplicarunt ut
ipsum sub nostro sigillo testio ad cautelam rescribi faceremus cuius quidem privilegii tenor talis est. Stephanus Dei gratia Hungarie Dalmatie Croatie Rame Servie Gallitie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex omnibus tam presentibus
quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Regie sublimitatis in incrementum est, et subiectorum opulentia et ipsorum multitudine gloriari solet, suorum fovere libertates subditorum et solutionem ac sinceros
eorum sine modum misericordie moderari, ut ipsorum [?] lege sinceritatibus [?] eorum numerus augeatur. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire quod cum post transitum domini Bele illustris regis Hungarie karissimi patris nostri
recordationis felicissime ad nos regni gubernaculum devenisset iure successionis seu ordine geniture placuit nobis ut certa libertate fideles hospites nostros Saxones de Scepus graciosius reformare concedentes eisdem hunc
statum et gratiam libertatis quod nobis racione tragii singulis annis trecentas marcas fini argenti cum pondere Budensi in festo beati Martini confessoris solvere teneantur quibus solutis ab omnibus exactionibus et collectis
dicis et victualibus que in regno nostro exigi consueverunt sint liberi penitus et exempti. Deinde cum nos in regno nostro vel extra regnum expeditionem vel exercitum [?] movere contigerit ipsis necessitate impellente cum quinquaginta viris
armatis lanceatis venire tenebuntur sub vexillo regis videlicet pugnaturi. Cum autem nos personaliter intrare acciderit quorumcunque aliorum cum baronibus nostris et una nobiscum venerint ipsi hospites [?] centurionem dare tenebuntur
defensorum opulentiam et similiter in congressu defensum delicatum nostre celsitudini competentem. Et quia crebrius in conflictibus nostris sanguinem suum liberius effuderunt nostre maiestatis regie et competentem hanc eisdem gratiam et libertatem
duximus concedendam quod liberam habeant licentie facultatem inter se comitem seu iudicem quemcunque voluerint eligendi qui videlicet comes pro tempore constitutus omnes causas inter ipsos emergentes iudicabit in Leucha civitate provincie
capitali inter eos et consuetudines provincie approbatas. De penis vero et mulctis seu birsagiis de causis maioribus provenientibus comes pro tempore constitutus duos recipiet denarios comiti provincie tertio denario remanente hoc
expresso quod de simplici vulnere quod non mansit [?] et mutilationem cedit media marca de mutilatione quinque marce [?] ... vero cedunt decem marce. Causas autem maiores pro penna vel hereditatibus
comes provincie pro se iudicabit. Concessimus etiam eisdem liberam licentie facultatem sacerdotes quoscunque decreverint et suas ecclesias eligendi qui de ubertate nostre gratie libere decimis integris spiritualibus poterunt ad omnipotentis gloriam
et honorem. Volumus etiam quod nullus comitum pro tempore constitutorum ipsos contra libertates eis concessas molestare audeat vel presumat. Insuper de prerogativa speciali hanc ipsis dedimus libertatem quod per nullius conditionis
status aut ordinis homines possint ad unum particularem [?] communem evocari vel citari [?] quam homines sunt simplices et in iure nobilium nequiunt consistere agriculture et laboribus intenti ipso iure et lege speciali presumimus
verum autem cause pro possessionibus hereditatibus metis et limitibus facultatibus et mortibus seu quibuscunque casibus per comitem pro tempore constitutum et comitem provincie eorumque mediantibus iudicabuntur in loco superius memorato
sedem forma sui. Deinde singulis annis Kammerpfenning [?] monetam nostre camere regie cum omni reverentia suscipere tenebuntur et sollempniter presentes [?] sedem iuris rigorem et lucrum camere regie cambire
universaliter tenebuntur ita quod comes camere vel sui officiales quos ad hoc deputaverint alto dimidio mense sive sex ebdomadis plenam habeant potestatem cambiendi ibi et lucrum camere conquirendi de
qualibet marca [?] sol vel emptionis titulo recipient, unum pondus volumus eam monetam esse que combustionis finito autem tempore sex ebdomadarum expresso supradictis comites camere surgent a cambio cessante
omni rigore eorum ipsa moneta nichilominus currente per totum annum usque ad revolutionem nove monete quod quilibet liberam habeat licentiam emendi vendendi cum ipsa moneta vel auro et argento vel cuiuscunque substantia
facultatis. Nec pretermittendum quod predictis hospitibus nostris fidelibus in aquis piscandi et campis et silvis venandi plenam concessimus libertatem. Volumus insuper quod in metis et limitibus silvis et nemoribus per
nullius conditionis homines impediantur vel graventur verum ipsi larga possint licentia silvas extirpandi et terram arabilem redigendi suis usibus applicando. Preterea autem collectores tragii in certo tempore prescripto
ad ipsos pervenerint tenebuntur eos suscipere honorifice et gratanter cum [?] quatuor [?] et [?] equorum quibus in victualibus et delicijs [?] providebunt donec summa trecentarum marcarum cum pondere
predicto integraliter colligatur. Postremo ipsis petentibus hanc concessimus gratiam querendi mineram et metalla in montanis inventa colere et suis usibus applicandi salvo iure [?] dedimus potestatem. Ut
igitur hec a nobis concessa libertas perpetuum robur obtineat [?] nec per quempiam processu temporis retractari valeat aut in irritum quomodolibet revocari presentes concessimus litteras duplicis nostri
sigilli munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti Orodiensis ecclesie prepositi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri anno domini millesimo CC° septuagesimo primo octavo kalendas Septembris
indictione quartadecima regni autem nostri anno secundo. Nos itaque ipsorum iustis petitionibus annuentes ipsum privilegium de verbo ad verbum presentibus fecimus inseri et rescribi pendentisque nostri sigilli testimonio
communiri. Datum in die beati Benedicti abbatis anno domini millesimo CCC° vicesimo primo. Nos igitur iustis et legittimis petitionibus predicti Nicolai iudicis favorabiliter et causa communis iustitie inclinati predictas
litteras nostras omni prorsus vitio et suspitione carentes de verbo ad verbum sine diminutione et augmento presentibus inseri fecimus et consueti appensioneque sigilli nostri eidem Nicolao et suis civibus duximus
concedendas ad cautelam perpetuam. Datum feria tertia proxima post dominicam Reminiscere anno domini millesimo CCC° vicesimo tertio